

Suprà sessi. 4.

Item ordinat & diffinit, quod omnes & singula translationes praelatorum, nec **D**
 non priuationes eorundem, aut aliorum beneficiatorum, officialium, administratorum, quae
 rumcunque commendarum & donationum reuocationes, monitiones, censuræ ecclesiasti-
 cæ, processus, sententiæ, & quæcumque acta, gesta, gerenda, agenda & fienda per pra-
 tum dominum Ioannem papam, aut suos officarios & commensarios in laesionem dis-
 cti concilii seu adhaerentium eidem, à tēpore inchoationis eiusdem concilii, & con-
 tra adhaerentes huic sacro concilio, uel existentes in eodem, aut in ipsorum seu alicuius
 eorundem prauidicium, quomodolibet ipsis inuitis facta uel fienda, facta uel facti,
 faciendæ uel faciendi, autoritate huius sacri concilii ipso facto sint nulla, cassa, irrita
 & inania, cassæ, irritæ & inanes, ac nullius roboris uel momenti, ex eadem autoritate
 te cassat, irritat, & annullat.

Item declarat, quod dominus Ioannes papa, & omnes praelati & alij ad hoc generale
 concilium uocati, & alij in eodem concilio existentes, in plenaria libertate fuerunt, &
 existunt, ut usum est dicto sacro concilio, nec ad notitiam dictorum uocatorum, seu
 dicti concilii contrarium deductum est: & hoc testificatur dictum sacrum concilium
 um coram deo & hominibus.

Quibus articulis siue constitutionibus lectis, dictum concilium eos & eas unifor- **E**
 miter approbavit & conclusit. Super quibus Henricus de piro, promotor & pro-
 curator ipsius concilii, nomine eiusdem concilii petijt instrumentum.

SESSIO SEXTA.

Die mercurij decima septima mensis Aprilis supradicti, fuit sessio genera-
 lis in cathedrali ecclesia Constantiensi supradicta celebrata: in qua primo
 iuxta morem & ritum aliarum sessionum fuit celebratum officium de spi-
 ritu sancto, per reuerendum patrem dominum Nicolaum archiepiscopus
 pum Gueznensem, & cantatae letaniae ac orationes more aliarum sessionum, cum
 euangelio, Ego sum pastor bonus. In qua sessione fuit rex Romanus in insignijs re-
 galibus, cui assistebant domini Iordanus de Vrfinis, & Angelus Laudensis episcopi
 cardinales. Et eidem sessioni praesidebat pro tunc reuerendissimus pater dñs Ioan-
 nes episcopus Ostiensis, uicecancellarius, cardinalis Viuariensis. Et ascenderunt am-
 bonem, in quo publicari solent constitutiones & alia auisamenta in concilio, reueren-
 di patres episcopus Atrebatensis pro natione Gallica, archiepiscopus Rigensis pro
 natione Germanica, Lichfeldensis episcopus pro natione Anglicana, & abbas Flo-
 rentinus pro natione Italica. Et de mandato concilii fuerunt pronuntiati articuli se-
 quentes per dictum dominum Atrebatensem:

Ioan. 10. c

In nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis, patris & filij & spiritus sancti, Amen. Hæc san- **F**
 cta synodus Constantiensis generale concilium faciens, & ecclesiam catholicam repræsen-
 tans, in spiritu sancto legitime congregata, ad consequendum facilius pacem & unio-
 nem ecclesiae dei, decernit, declarat, ordinat, statuit, diffinit, ut sequitur.

Et primo decernit & declarat, procuratorium super renunciatione papatus fa-
 cienda per dñm Ioannem papam xxij. per quatuor nationes huius sacri concilii deli-
 beratum & ordinatum, esse bonum, utile & expediens pro unione sanctæ matris ecclesiae.

Itē decernit & declarat, quod dictus dñs Ioannes papa xxij. tenet dare & facere di-
 ctum procuratorium, ad cedendum papatus pro bono unionis & pacis ecclesiae, iuxta for-
 mam schedulae ipsius oblatae, cuius procuratorij tenor sequitur in hunc modum:

PROCURATORIUM DANDUM PER PA-

pam Ioannem xxij. decretum per concilium.

Ioannes episcopus seruus seruorum dei. Pridem ad laudem omnipotentis dei,
 pacem & quietem totius populi Christiani, unitatisque ecclesiae consummatio-
 nem, ac extirpationem praesentis schismatis, generali Constantiensi approban-
 te concilio, iam cessionis papatus libere obtulimus, illamque per nos fiendam
 cum